Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



54

dimittunt. & ad monasteriū uenientes habitū religio
nis sumunt. deinde torpentes. hęc sibi ad salutē posse
sufficere credunt. q̄d sua dimiserunt. q̄d uaria crimina
sub habitu religionis constituti ñ admittunt. atq; ido
dormiunt bibunt. & securi uiuunt. dumq; hoc faci
unt tepidi existunt. meliusq; fuerat illis morari in
seculo. ubi & peccata sua re- or. cognoscerent. & ali-
quando p dī misericordiā conpuncti bonis ope
ribus studerent. quā in monasterio manere. & ita a-
bonis operibus cessare. Alii quoq; sunt qui ab infantia
sua in monasteriis consistunt. bonis operibus habun-
dant. in feruore spī manent. & circa ultimū tempus
uitę suę torpescunt. & tepidi efficiuntur. & talibus
utiq; omnibus satius esset. ut uel pfecte boni esse-
uel ex toto mali. quā nec boni nec mali. atq; ideo
subiungit. Quia tepidus es. incipiā te euomere ex
ore meo. Nullus inuenitur calidus. qui prius ñ fuerit
frigidus. quia nemo est bonus. qui non fuerit ma
lus. Omnes enī peccauerunt & egent glā dī. Tepidus
ex calido solet fieri & frigido. quia & alius ex fri
gore infidelitatis conuersus. ad pfectum
iustitię feruorē non transit. & alius ex
ipso iustitię calore quo prius feruebat. ani
mū actusq; deflectit. Omnes autē sicut dictū est
cognoscimus. quia frigidū uel calidum facile in
corpus traiectur. tepidū cum magna nausia & uomi
tu. ab ipso etiam ore pictur. Os dī sci sunt pdicato
res. unde sepe dicebant pphetę. os enī dñi locutum
est hęc. quia tanta sanctitas erat in illis. ut in eo